

Wladislai  
 Concessio Regia  
 binis vicibus per  
 sonas idoneas ad  
 parochialem Ec-  
 clesiam nominan-  
 di et presentan-  
 di

una cum dona-  
 tione et cessione  
 ejusmodi Regis  
 Matthiae

confirmatur.

catius potuit, ut ex literis Regis  
 clarè patet. Dat annuit et concedit  
 binis vicibus personas idoneas ad  
 parochialem Ecclesiam ibidem  
 oportuno tempore nominare et pre-  
 sentare auctoritate juris Patrona-  
 tus Regalis, quod in Ecclesia di-  
 cta instar predecessorum suorum  
 Regum Bohemia habere dignosci-  
 tur. Deniq; Donationem et juris  
 Patronatus Cessionem eidem Pro-  
 consuli, Consulib; juratis et Civi-  
 bus praenominatis per felicis re-  
 cordationis Matthiam Hungariae  
 et Bohemiae quondam Regem pre-  
 decessorem suum juxta ejusdem  
 Regis patentium Literarum  
 continentiam gratiosius confir-  
 mat et roborat, quare pro parte  
 praefatorum Proconsulis, Consu-  
 lum juratorum et reliquorum  
 Civium nobis sinceriter dilecto-  
 rum supplicatum extitit, qua-  
 temus assenta praedicta Regia  
 juris presentandi donatione et  
 concessione imprimis in Dei